

theta, epitheta, exergasias, periphrases, comparationes, imagines, descriptiones, hypallagas, anaphoras, epiphoras, similiter cadentia, similiter desinentia, asyndeta, omnisque generis lusus verborum: quarum figurarum exempla sicut potissimam partem iam supra occurrunt, reliqua autem facile ex præceptis rhetorum sumi possunt, ita non est, cur cramben toties coctam heic recoquamus.

LXXXVI.

Subsidia.

Iuuabit potius auctores probatos heic sequi. In quo censu ante alios habendus est *Cicero* de officiis, inque ceteris libris philosophicis & plerisque exemplis, quæ ad *Atticum* scriptæ habentur. *Curtius* etiam & *Velleius* cum plerisque historicis & epistolarum scriptoribus, ne de *Lactantio* ac similibus dicam, huc spectant.



CA-